

Allein diese Stiftung würde nicht zu Stande gekommen seyn, weil Lobkowitz in die Ungnade seines Herrn fiel, und

- 
- II. His talibus motus decernit, collegium cum templo, scholis, et domo pauperum, erigere, fundare et dotare: et re ipsa his litteris erigit, fundat, et in perpetuum donat, secundum societatis institutum, sine vlla obligatione: tum nominat singulas aedes, quas pro fabrica deputat, et cum libertate, sine vlla pensione, donat; vt harum loco, in spatiis interiacentibus, aedificentur decem scholae, vna cum auditorio, eubicula, aliaque domicilia nostris vibus conuenientia cum domo pauperum, ad formam perfecti magnique collegii commoda, solide erigenda.
- III. Pro domo pauperum assignat peculiare spatium: cui quidem domui, pro alendis circiter centum studiosis pauperibus, ordinarii annui census mille sexagenas missenses (super quo censu ait seorsum litteras facturum) attribuit, atque perpetuo donat; sic, vt eam summam Rector collegii in eum numerum, siue auctum, siue restrictum, pro ratione annonae, vtiliter impendat; iusque solus habeat alumnos recipiendi, excludendique: eorum tamen, qui suo dominio subsunt, recipiendorum primariam vult curam haberi.
- IV. Promittit, se prouisurum de horto.
- V. Templum parochiale, interueniente sedis apostolicae auctoritate, collegio attribuit: cui etiam, eiusque patribus, curam omnem, quae ad ipsum pertinebat, in perpetuum adscribit; ita vt parochus his redibus sibi assignatis libere fruatur, tamen in reliquis omnibus a patribus dependeat; neque circa cultum diuinum, seu ceremonias templi, quidquam instituat, quod non prius a patribus sit approbatum. Eisdem arcis etiam facellum, cum pleno iure in perpetuum donat. Templi parochialis facta tecta, et lumina tam cerae, quam olei pro diuino cultu, consuetis expensis senatus, vt ante solebat, conseruabit: Templumque aliud cum decente ornatu, collegio vicinius, se aedificaturum recipit.